



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvphrii Panvinii Veronensis Fratris Eremitae  
Augustiniani. De Praecipvis Urbis Romae  
sanctioribusq[ue] basilicis, quas Septem ecclesias uulgo  
uocant, Liber**

**Panvinio, Onofrio**

**Romae, 1570**

Ill[ustrissi]mo Ac R[everendissi]mo Episcopo Cardinali Alexandro Farnesio  
Horatius Bladus. S.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11316**

ILL. AC R. EPISCOPO  
CARDINALI

ALEXANDRO FARNESIO  
Horatius Bladus. S.



VANTAM in Onuphrij  
Panuini obitu iacturam fe-  
cerint ij, qui omnem suam  
operam, studium, diligen-  
tiam, laboré ad res gestas  
à maioribus nostris cognoscendas confe-  
runt; tum prudentes quiq; , tum vero in  
primis ipse, Illustrissime Princeps, pro tua  
eximia sapientia facile existimare potes.  
Erat vir ille vnus nostræ Ciuitatis (vt a ui-  
ris doctissimis accepi) ad omnes antiqui-  
tates vestigandas, perquirendas, indagã-  
das diligentissimus; vt ad id natura factus  
videretur. Nullus erat dies, quo non ali-  
quod suæ lucubrationis monumentum  
litteris mandaret: quo non veterũ rerum  
antiquitates in tenebris iacentes suarum  
litterarum lumine ad lucem clarissimam  
vocaret, atq; ab interitu vindicaret: quo  
non deniq; bene vel de studiosis homini

bus, vel de Christiana Rep. mereretur.  
Quod quidē, vt in aliis libris, ita in hoc  
aureolo de septem primariis, quæ in hac  
florentissima Vrbe extāt, ecclesiis conscri-  
pto, facile cerni potest. Quocircā cum  
mei me muneris ratio admoneret, vt hæc  
scripta nostris typis edita tibi vni, Cardi-  
nalis Amplissime, dedicarem, qui illius  
studium, atq; industriam summa liberali-  
tate tuis sumptibus sustentasti; nolui com-  
mittere, vt meum in hoc officium deside-  
rare possēs, cui me non hoc modo, quod  
domi tuæ natum est, sed omnia etiā mea,  
& me ipsum debere intelligo. Munus igi-  
tur hoc perexiguum, sed tibi debitū, vel  
quod ab illo sapientissimo viro, tui studio-  
sissimo, uel quod ex domo nostra, de qua  
semper optime meritus es, accurate im-  
pressum proficiscatur, libenter suscipe; nā  
nemo nostrum est, qui nō præclare, quic-  
quid unquam boni ex nostra officina exi-  
re possit, id totum, secundum Deum vni  
tibi, cuius beneficio & auctoritate tota no-  
stræ familiæ salus maxime nititur, potis-  
simum deberi intelligat. Vale.